



**R. P. Francisci De Oviedo Madritani, Societatis Iesv,
Theologiæ Professoris, Cursus Philosophicus**

Oviedo, Francisco de

Lvgdvni, M.DC.LI.

III. An certitudo & euidencia præmissarum sit maior vel minor certitudine
& euidentiâ conclusionis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95503](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95503)

per summam imprudentiam, & impudentiam dubitare de obiecto reuelato, & de reuelatione sufficienter proposita, imò relicto actu fidei in heresim prolabi, nullus autem potest dissentire ab hoc obiecto, *quodlibet est vel non est*, neque oppositum iudicare.

9 In talibus sequi ex hac solutione euidentiali physicam non esse euidentiali, quia potest quis visà parietis albedine, licet imprudenter, & sine fundamento iudicare Deum conseruare albedinem absque subiecto. Respondeo difficile esse sine fundamento ab intellectu iudicari Deum fecisse tale miraculum. Demus tamen id iudicasse, nihilominus talis euidentiali esset simpliciter euidentiali naturalis, quia sistendo intra naturæ terminos nullus potest iudicare albedinem existere sine subiecto, quod si iudicet id miraculosè contingere, iam non se continet intra naturæ terminos, sed confugit ad miracula, quæ non nisi supernaturaliter contingunt. Eodem modo euidentiali moralis dicitur euidentiali in genere moris, quia intra illud genus, & iuxta prudentiæ regulas de obiecto moraliter euidenti dubitari non potest.

10 Affirmant aliqui euidentiali, quæ credimus Romam esse non solum esse moralem, sed physicam, quia certius, clariùsque est dari Romam, quam ignem esse calefactiuum, & quia implicat tot homines diuersarum nationum, religionum, ac morum conspirasse ad congingendum dari Romam. Censeo tamen hanc euidentiali moralem esse, & non physicam, quia stricte loquendo nihil accidisset contra physicam rerum naturam, si omnia testimonia creata, quæ mihi persuadent Romam existere, falsa essent, quia sicuti non est contra naturam rerum hunc hominem mentiri, ita neque est contra eandem naturam omnes homines mentiri. Existimo tamen hanc euidentiali in suo genere adeò magnam esse, ut licet ex genere suo sit minus efficax quàm physica, fortius conuincat intellectum, quàm plures euidentiali physica, & facilius quisque sibi persuasurum Deum miraculum aliquod fecisse, quàm falsa esse tot argumenta, & testimonia creata, quæ Romam existere persuadent.

11 Ex his constat euidentiali intrinsecam esse actui, quomodo verò à veritate distinguatur definiendum est ex distinctione veritatis ab actibus, cum quibus euidentiali identificatur, de qua distinctione, seu indistinctione disputabo Controu. 6. de anima.

PUNCTUM III.

An certitudo, & euidentiali præmissarum sit maior vel minor certitudine & euidentiali conclusionis.

1 **T**Ria reperiuntur in conclusionis præmissis, veritas, certitudo, & euidentiali. Veritatem non posse suscipere magis nec minus probabo Controu. 6. de Anima Punct. 3. Certitudo autem cum consistat in necessitate veritatis, ut constabit ex dicendis eadem Contr. de Anima Punct. 7. & cum una veritas sit magis necessaria quàm alia, certum est posse dari unam propositionem certiorē aliā. Neque negabit aliquis posse esse euidentialiorem aliā, quia euidentiali est expressio, quæ potest esse maior, vel minor ex diuerso modo, quo actus tendunt in obiecta. Constat hoc ex dictis Controu. 10. Punct. 2. ubi de euidentiali disputationem institui.

2 Excessus cuiusvis qualitatis potest esse in maiori perfectione entitativa, vel in maiori intensione, quæ vocatur perfectio gradualis, & consistit in additione gradus ad gradum, quæ est quasi perfectio quantitatis. Exempli gratia, calor ut unum perfectior est secundum substantiam seu essentiam frigiditate ut octo; frigiditas verò ut octo secundum perfectionem gradualem, & intensiuam perfectionem exuperat calorem ut unum. Cum verò cognitio certa secundum omnes suos gradus habeat certitudinem, & euidentiali secundum eosdem euidentiali habeat, potest excessus in euidentiali, & certitudine inter præmissas & conclusionem secundum intensiōem, seu perfectionem gradualem, & secundum perfectionem entitativam, & essentiali comparari. Nos in presenti non agimus de excessu secundum perfectionem gradualem, sed de excessu secundum entitatem, seu perfectionem quidditativam, & essentiali.

3 Dico primò. Potest altera præmissa esse certa, & euidentiali, & conclusio nullam habere certitudinem, aut euidentiali.

Probatio facili: potest una conclusio esse certa, & euidentiali, & conclusio tantum probabilis, si altera præmissa tantum sit probabilis: ergo potest una præmissa habere certitudinem, & euidentiali, quæ careat conclusio. Consequentia est legitima. Antecedens probatur: Conclusio non tantum infertur ex altera præmissa, sed ex utraque: ergo si utraque præmissa non sit certa, & euidentiali, conclusio non poterit habere certitudinem, & euidentiali. Confirmatur: non potest inferri certò, & euidentiali extremitates conclusionis identificari inter se, nisi certò, & euidentiali cognoscamus easdem extremitates identificari vni tertio, tota enim certitudo & euidentiali identitatis harum extremitatum inter se sumitur ex certitudine, & euidentiali identitatis utriusque extremitatis vni tertio: Sed quando una præmissa non est certa, & euidentiali, non est certum & euidentiali utramque præmissam identificari vni tertio: ergo non est certum & euidentiali identificari inter se. Explicatur eadem ratio. Conclusio essentialiter dependet ab utraque præmissa, ita ut qualibet illarum deficiente etiam si altera perseveret, consequens legitime non inferatur, neque dari possit vera conclusio: ergo habet totam defectibilitatem, quæ reperitur in quacunque ex præmissis: ergo non potest habere certitudinem defectibilitati oppositam, quam non habet altera præmissa, neque potest habere euidentiali, quæ in altera præmissa desideratur. Antecedens omnes admittunt. Prior consequentia probatur. Entitas essentialiter dependens à duabus extremitatibus, eo ipso quod deficiat alterum, debet deficere: ergo eo ipso quod sit contingens defectus alicuius extremitatis, seu principij, contingens est defectus entitatis, quæ essentialiter supponit tale principium, implicat enim deficere aliquo principio, seu extremo non deficere totum illud, quod cum tali principio essentialiter est connexum, sicuti implicat deficere principio effectiuo actionem non deficere: ergo deficiente certitudine in principio, non potest hæc dari in illo, quod cum tali principio connexum est: ergo deficiente certitudine in altera præmissa, implicat certitudinem in conclusione reperiri. Idem dico de euidentiali, ideo enim mihi euidentiali est ex vi assensus conclusionis extremitates identificari vni tertio, quia mihi euidentiali per actus præmissarum, non solum alteram extremitatem, sed utramque identificari cum vno tertio: ergo si euidentiali mihi non est utramque extremitatem identificari cum vno tertio, non potest mihi euidentiali esse identificari inter se: ergo si utraque præmissa mihi non est euidentiali, conclusio non poterit esse euidentiali, quia ex vi vnius tantum præmissæ euidentiali, tantum mihi est euidentiali unam præmissam identificari cum medio, quod sufficiens non est ad conclusionis euidentiali, imò neque ad ipsam conclusionem inferendam.

4 Ob eandem rationem in demonstratione, quæ constat ex duabus præmissis non æquæ certis, & euidentialibus conclusio non potest certitudine, aut euidentiali superare minus certam, & euidentiali. Quia certitudo, & euidentiali conclusionis pendet à certitudine, & euidentiali utriusque præmissæ indiuisibiliter sumptæ, unde non potest habere certitudinem, & euidentiali, quam non habet utraque indiuisibiliter sumpta. Sed utraque indiuisibiliter sumpta non potest habere certitudinem, & euidentiali, quæ caret illarum altera, quia utraque præmissa sumpta per modum vnius essentialiter dependet à quacunque illarum, sicuti totum essentialiter dependet à partibus, quibus essentialiter componitur: ergo conclusio non potest habere certitudinem aut euidentiali, quæ careat altera præmissa: ergo neutram potest certitudine, aut euidentiali superare. A priori eadem conclusio probatur: Obiectum conclusionis identificatur cum obiecto utriusque præmissæ, quia identificatur cum extremitate utriusque: ergo identificatur cum obiecto præmissæ minus certæ: ergo obiectum conclusionis non potest esse magis necessarium, quàm obiectum præmissæ minus certæ: ergo neque conclusio magis certa, quia certitudo conclusionis sumitur ex necessitate quam inducit obiectum præmissarum in conclusionis obiectum.

5 Obiicies: Obiectum conclusionis etiam identificatur cum obiecto magis certæ: ergo obiectum conclusionis habet eandem necessitatem, ac habet obiectum præmissæ magis certæ. Respondeo negando consequentiam, quia conclusio identificatur inadæquatè cum obiecto præmissæ magis certæ. Certitudo autem conclusionis non sumitur ex identificatione inadæquata, sed ex adæquata: Secus incertitudo

incertitudo quæ ex idéntificatione inadæquata sumi potest, quia ex eo quod homo idéntificetur inadæquate cum materia, licet arguere; Incertum est esse materiam: ergo incertum est esse hominem. Non tamen licet inferre, certum est esse materiam: ergo certum est esse hominem. Quia ut certum sit esse hominem necessum est certum esse dari omnia, cum quibus idéntificatur homo, videlicet materiam formam, & unionem.

6 Ceterum notari oportet in syllogismo, cuius maior propositio vniuersalis est certa, & euidens, etiam si minor tantum sit probabilis, refundi ex certitudine & euidencia maioris quamdam certitudinem, & euidenciam in conclusionem non simpliciter, sed secundum quid. Quia maior certa & euidens applicata per minorem, eo modo quo applicatur communicat conclusioni suam certitudinem, & euidenciam. Quæ euidencia & certitudo non est absoluta, sed ex suppositione minoris. Exemplum accipe in hoc syllogismo: Omnis homo est rationalis: Omne indiuiduum quod est in foro est homo, ergo omne indiuiduum quod est in foro est rationale. Maior certa, & euidens præstat conclusioni certam esse, & euidenciam ex suppositione minoris. Ex suppositione enim quod omne indiuiduum quod sit in foro sit homo, euidens est esse rationale, ut in præfati syllogismo deducitur, admissa enim minori nequit consequentia negari. Certitudinem autem, & euidenciam absolutam non habet prædicta conclusio, quia quando minor certò, & euidenter non applicat maiorem, conclusio non euadit absolutè certa, sed ex suppositione: Neque hæc certitudo ex suppositione reperitur quando maior vniuersalis certa non est, ut patet in hoc syllogismo: Omnis mater diligit filium suum: hæc mulier est mater: ergo hæc mulier diligit filium suum. Cuius conclusio adhuc ex suppositione minoris certa non est.

7 Ex hoc inferes quomodo actus fidei innitens reuelationi diuinæ sit omnino certus, etiam si applicatio reuelationis diuinæ fiat per actum fidei humanæ tantum moraliter certum, quia hic actus applicat motum ex se certum quod ex suppositione, quod vera sit applicatio, & ipsū existat non potest non terminare actum omnino certum. Ex quo habemus actum fidei saltem habere certitudinem ex suppositione quod motui applicatio vera sit, & reuelatio existat. Insuper habet per se ipsum supponere veritatem applicationis, & reuelationis existentiam, quia actus fidei diuinæ ferri non potest in reuelationem falsò applicatam seu in reuelationem non existentem: ergo habet certitudinem absolutam, quidquid enim est certum sub conditione, quam essentialiter per se ipsum supponit, absolutè est certum, certitudo enim conditionata, sicut & veritas conditionata purificata conditione transit in absolutam.

8 Quod si diceres, actum fidei diuinæ non supponere veritatem propositionis circa reuelationem, neque huius existentiam, sed posse ferri in reuelationem falsò existentiam & non existentiam: Inde inferrem ego actum fidei non esse intrinsecè certum, neque verum, quia tota illius veritas & certitudo innititur reuelationi diuinæ existenti, seu testimonio diuino, quod si Deus non præstisset, nulla certa veritas actui fidei inesset. Quomodo autem actus fidei ex se habeat supponere applicationem reuelationis, hoc est, existentiam reuelationis, & cur non possit ferri in reuelationem falsò existentiam, explicatu facile non est, de quo agam Contr. 6. de Anima Punct. 1. §. 4.

9 Certitudo hæc absoluta quam in actibus fidei explicabimus non potest reperiri in syllogismo, cuius maior vniuersalis certa applicatur per minorem incertam, quia ex vi maioris conclusio tantum euadit certa ex suppositione minoris, & conclusio ex se non habet supponere veritatem minoris, seu existentiam illius obiecti, quia etiam si intellectus per errorem falsò assentiatur minori, eliciet assensum conclusionis. Ex quo fit necessitas conclusionis manere purè conditionatam, & ex suppositione, quod applicatio minoris vera sit, quod conclusionis assensus per se non supponit, sicuti actus fidei per se supponit veritatem applicationis circa reuelationem, & huius veram, & non fictam existentiam.

10 Doctrinam hanc quam de actu fidei adhibuimus tradit N. Tannerus 1. part. disp. 1. quæst. 3. dub. 2. à num. 5. q. 4. dub. 4. à numero etiam 5. Docet enim assensum conclusionis Theologicæ non respicere tanquam rationem forma-

lem assentiendi principia, seu media, ex quibus consequens per discursum potest inferri, sed obiectum reuelatum ut reuelatum. Iuxta quam doctrinam asserit dub. 2. citato num. 6. præmissam euidenciam, si quæ foret in discursu Theologico non esse rationem formalem assentiendi, sed applicationem alterius præmissæ reuelatæ, quæ tantum est obiectum formare assensus Theologici. Exemplum accipe in hoc syllogismo: Omnis homo descendens ex Adamo contraxit peccatum originale. Omne rationale est homo descendens ex Adamo: ergo omne rationale contraxit peccatum originale. In hoc discursu Theologico tota formalis ratio assentiendi iuxta Tannerii sententiam est maior propositio, in qua continetur conclusio, & sicuti reuelatum est obiectum maioris, ita obiectum conclusionis in illo contentum. Hanc autem reuelationem vniuersalem in maiori contentam applicat minor propositio ad obiectum conclusionis, & ita procedit conclusio à maiori tanquam ab obiecto formali, & à minori tanquam ab obiectum applicante. Ex hoc inferit conclusionem Theologicam procedentem ex vna præmissa de fide tanquam ex formali obiecto, ex eo altera certa naturali, seu morali certitudine, certitudine sperari præmissam naturalem, quam non respicit tanquam formale obiectum, sed tanquam conditionem applicantem obiectum formale, in qua tantum desideratur moralis certitudo, ut conclusionis assensus innitens tanquam formali obiecto tantum præmissæ de fide certitudine fidei certus euadat, sicuti ut actus fidei euadat certus omni certitudine, ita ut secundum hanc exuperet quemlibet naturalem assensum de re etiam per se notā, tantum requiritur in actu, ex vi cuius reuelatio applicatur moralis certitudo.

Hæc est doctrina N. Tannerii fideliter relata, qui nunquam docuit intellectum semper tam certò assentiri conclusioni, quam assentitur certissimæ præmissæ, ut refert nonnullus, qui non benè Tannerii sententiam exponit, quam ut à se expositam benè postea impugnatur, sed abs re cum longè abest Tannerus à sententia, quam ex illo refert. tantum enim id docuit in syllogismo Theologicæ supernaturalis, in quo tota assentiendi ratio est vna præmissa de fide, & altera præmissa naturalis tantum conditio applicans obiectum ad conclusionem de fide supernaturalem. An verò in conclusione Theologica res ita se habeat, hic definiendum non est, sed ubi agatur de obiecto formali Theologicæ. Vnum nobis tenendum est, quod in præfati defendimus, & Tannerus non negat, conclusionem innitentem duplici præmissæ tanquam formali obiecto adæquato non posse superare certitudine præmissam minus certam, quam respicit ut obiectum formale inadæquatum.

12 Dico secundò: Conclusio est æquè certa & euidens ac est vtraque præmissa. Ratio est facilis: obiectum conclusionis idéntificatur cum obiecto vtriusque præmissæ: ergo æquè necessarium est obiectum conclusionis, ac est obiectum vtriusque præmissæ, & æquè certa propositio quæ versatur circa obiectum conclusionis, ac vtraque tendens in obiectum præmissarum. Dices possum certò scire hoc indiuiduum esse leonem, non certò scire esse rugibile, quia incertus sum an omnis leo sit rugibilis: ergo de eodem obiecto possum habere certitudinem, ex vi huius actus, & incertitudinem ex vi illius: ergo malè inferimus conclusionem esse æquè certam cum præmissis, quia respiciunt idem obiectum. Respondeo circa idem obiectum posse dari certitudinem per hunc actum, & incertitudinem subiectiuam per alium, quia ex vi diuersorum actuum possunt representari ut diuersa, non posse tamen dari certitudinem, & incertitudinem, obiectiuam, non enim potest esse magis necessaria hæc veritas, homo est animal, ac ista homo est viuens sensibile. Conclusio autem procedit de certitudine obiectiuā. Adde neque hanc posse esse maiorem in conclusione, quam in vtraque præmissa, quia quando obiectum non solum est idem, sed cognoscitur ut idem per diuersos actus, vtrique eandem certitudinem subiectiuam habet, si enim scio hominem, & animal rationale esse idem, non possum non æquè formaliter adhærere his propositionibus *Petrus est homo*, & *Petrus est animal rationale*: Sed per actum conclusionis cognoscitur illius obiectum ut idem cum obiecto præmissarum: ergo intellectus æquè formaliter vtrique adhæret.

Probat etiam ratio modo immediatè adducta æqualem

L 4 euidenciam

evidentiam habere intellectum de obiecto conclusionis, ex vi conclusionis formalis, ac de obiecto præmissarum, ex vi præmissarum formalium, quia eo ipso quod intellectus agnoscat duo obiecta non distingui inter se, æquè determinatus est ad assentiendum huic, & illi. Confirmatur: per se notum est certò, & evidenter esse eadem inter se, quæ sunt eadem vni tertio: ergo æquè evidens est intellectui, hæc extrema esse eadem inter se, ac est esse eadem vni tertio: ergo ex eo quod per præmissas agnoscat certò, & evidenter extrema esse eadem vni tertio, cognoscit certò & evidenter esse eadem inter se. Rursus eo ipso quod quis assentitur præmissis, debet assentiri conclusioni; ergo eadem determinatione, quæ assentitur præmissis est determinatus ad assentiendum obiecto conclusionis, vel saltem ad non dissentiendum ab illo: ergo eandem evidentiam habent præmissarum assensus & assensus conclusionis, evidentia enim nascitur ex determinatione principiorum per modum actus primi ad assensum præstandum.

14 Obiicies: præmissæ sunt proximiores luminis rationis naturalis, quam conclusio: ergo sunt clariiores: ergo evidenterioribus nobis. Confirmatur: quidquid cognoscitur in alio minus clarè cognoscitur, quam id quod in se cognoscitur: Sed obiectum conclusionis cognoscitur in obiecto præmissarum, & obiectum præmissarum in se ipso: ergo clariùs cognoscitur obiectum præmissarum per formales præmissas, quam obiectum conclusionis per conclusionem formalem: ergo præmissæ sunt clariiores conclusioni: ergo evidenterioribus: ergo non potest habere conclusio æqualem evidentiam cum vtrique præmissa. Respondeo quod etiam si admittatur præmissas esse clariiores conclusioni, hoc est, repræsentare suum obiectum cum maiori partium distinctione, & formalitatum explicatione, ex hoc tamen non inferri præmissas esse evidenteriores, quia evidentia non consistit in hac expressione seu distinctione partium, potest enim dari duplex conclusio, vna, in qua inferatur ex principiis certis & evidentibus hominem esse animal, quæ conclusio erit evidens; & alia, in qua inferatur ex principiis tantum probabilibus animal rationale esse principium sentiendi, quæ tantum erit probabilis, & nihilominus hæc probabilis clariùs & expressius suum repræsentat obiectum, quam illa evidens, quod enim in conclusione evidenti repræsentatur per hunc conceptum *homo* repræsentatur in probabili per hunc conceptum *animal rationale*, & quod repræsentatur in conclusione evidenti per hunc conceptum *animal* repræsentatur in probabili per hunc conceptum *vivens sensibile*.

15 Obiicies secundo: Conclusio cognoscitur propter præmissas: ergo clariùs, & evidentiùs cognoscuntur præmissæ, quam conclusio, quia propter quod vnumquodque tale, & illud magis. Respondeo concedendo antecedens, & negando consequentiam. Ad axioma adductum respondeo intelligendum esse de causa finali respectu mediorum, quia non habent tantam amabilitatem, quantum habent media, non verò absolute de omnibus rebus. Quia Deus amat hominem iustum propter gratiam sanctificantem, non tamen magis amat gratiam, quam hominem. Similiter credimus mysteria reuelata propter reuelationem, non tamen magis credimus reuelationem, quam mysteria ipsa. Deinde Petrus est existens propter causam quæ eum produxit, non tamen causa est magis existens, quam effectus.

16 Inquires an si præmissæ sint æquè certæ inter se, conclusio possit esse æquè certa cum altera illarum. Pro negatiua parte sic arguit Arriaga. Per assensum conclusionis attingitur obiectum conclusionis & præmissarum: Sed certior est semper intellectus de vna præmissa, quam de vtrique simul & de conclusione: ergo conclusio non potest esse æquè certa cum altera præmissa. Minorem probat Arriaga: firmitus quis adhæret simplici obiecto, quam duplici, firmitus enim quis credit Petrum currere, quam currere Petrum & Ioannem, quia ad falsitatem huius secundi, sufficit Petrum non currere, & adhuc eo currente Ioannem non currere: ad falsitatem verò primi requiritur Petrum non currere. Vnde prima veritas habet minorem fallibilitatem, quam secunda, quæ habet eandem cum prima, & aliam novam. Respondeo in duabus propositionibus quæ ex se sunt, incertæ & fallibiles maiorem fallibilitatem reperiri, quam in vna propter rationem factam, non verò in duabus propositionibus, quarum qualibet ex se est certa, & infallibilis, quia cum illa-

rum qualibet seorsim sumpta nullam habeat incertitudinem, neque vtrique simul illam habebit, nihil enim est in vtraque propositione, quod non reperiatur in illarum altera. Vnde respectu harum propositionum negandum est suppositum, si dicatur vtraque propositio simul sumpta habet fallibilitatem quam habet vna, & aliam novam, quæ ratione alterius illi conuenit. Ratio est quia certitudo sumitur ex necessitate veritatis propositionis, quando autem duplex veritas est necessaria absolute, & simpliciter, nihil habet contingentie, & quando necessitas est æqualis, non est minor necessitas veritatis vtriusque propositionis, quam alterius, imò extensiuè maior, non enim minus necessarium est hominem esse rationalem, & æquè esse hinnibilem, quam hominem esse rationale, quia contradictoriū vtriusque obiecti, & alterius seorsim sumpti sunt omnino repugnantia, ita ut illorum impossibilitas non suscipiat magis nec minus. Illud quod dicitur intellectus facilius adhærere vni obiecto, quam vni & alteri, ad rem non attinet, quia certitudo non consistit in hac intellectus adhesionem. Neque vniuersaliter verum est, quia nulla ratione potero ego dimoueri ab his assensibus, *Quodlibet est vel non est. Omne totum est maius sua parte*, vnde non facilius ab altero quam ab vtroque dimouear, cum à neutro possum dimoueri. Ex quo inferitur æquiformiter vtrique, & alteri illorum adhærere.

PUNCTUM IV.

An demonstratio constet principis per se & propriis.

1 Prædicationes quædam dicuntur per se, aliæ per accidens, oportet autem scire, quid sit prædicari per se, vel quod duplex sit modus prædicandi per se vtilis ad demonstrationem contruendendam.

Philosophus quatuor designauit modos prædicandi per se. Primus, prædicandi quidditatiuè & essentialiter, veluti, *Petrus est homo, Petrus est rationalis*, in quibus prædicationibus prædicatum est de ratione quidditatiua subiecti. Hic modus necessarius est ad perfectissimam demonstrationem, quia cum ex vi huius demonstretur prima passio per essentiam, necessum est essentiam, prædicari de subiecto, de quo per essentiam passio demonstratur. Ad hunc modum reduci solent omnes prædicationes de extremis realiter identificatis, veluti, *rationale est animal*.

2 Secundus modus est per se inhærendi ad quem pertinet prædicatio propriæ passionis de subiecto, v.g. risibile de homine in hac prædicatione *homo est risibile*. Ab hoc modo excluduntur omnes prædicationes accidentium communium, veluti *homo est albus*. Hic modus aptus est ad perfectissimam demonstrationem in qua demonstratur passio per essentiam, quia talis demonstratio debet habere vnam præmissam in qua passio demonstranda de subiecto prædicetur de medio. Possunt etiam reliquæ passionis per illum demonstrari, vt cum risibile demonstratur per admiratum. Est etiam aptus ad demonstrationem à posteriori, in qua essentia per passionem demonstratur.

3 Tertius modus per se conuenit substantiis, quæ per se existunt sine subiectis, aliquandoque conuenit etiam accidentibus vt contingit in Eucharisticis, quæ sine subiecto conseruantur. Latuit tamen Philosophum hic modus per se in accidentibus. Dicuntur etiam accidentia in abstracto per se significari, vt albedo & quantitas. Hic modus aptus est ad demonstrationem à priori, in qua sæpe per substantiam illius passionis demonstramus. Deseruire etiam potest ad demonstrationem à posteriori, in qua demonstramus substantiam increatam ex creatura.

4 Quartus modus est per se causandi, in quo effectus ponitur cum causa, veluti *edificator edificat, risibile ridet*. Hic modus differt à secundo, quia secundus respicit semper effectum intrinsecum, hic autem aliquando effectum intrinsecum, aliquando extrinsecum, habet, vt patet in duobus exemplis adductis. Deinde secundus modus semper respicit effectum ex se permanentem causæ coæuum, secundus verò respicit actum quandam citò transiuntem. Hic modus est aptus ad demonstrationem à posteriori valeat enim, *ridet: ergo potest ridere*. Est etiam aptus ad demonstrationem à priori causis omnino necessariis existentibus cum omnibus requisitis ad operandum. Hæc est enim legitima consequentia: *Ignis est cū omnibus requisitis ad calefaciendum*.